



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XXX. Prædicit sessionem ad dexteram Patris & aduentum in nubibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

Predicit sessionem ad dexteram Patris, & aduentum in nubibus.

**F**IGURAE. Vidit Daniel Filium hominis in nubibus caeli venientem, Dan. 7. 13. 14. *aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & usque ad medium dierum pervenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & lingua ipsi seruient: potestas eius, potestas aeterna, qua non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.*

**P**ROPHETIAE. Psalm. 109. 1. *Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis. Zach. 12. 10. Et effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiae, & precam, & aspicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.*

**V**ERITAS. Matth. 26. 63. 64. *Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es filius Dei. Dicit illi Iesus. Tu dixisti: verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Similia Marc. 14. 62. 61. 62. Luc. 22. 66. 67. 68. 69. 70. 71. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & scribae, & duxerunt eum in tribunal suum, dicentes. Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis: si vobis dixerero non credetis mihi: si autem dixerero vobis, non credetis: quia scriptum est. Non accipiamus a vestra hominem testimonium.*

gem & interrogauero non respondebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es Filius Dei? qui ait: vos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAPVT XXXI.

Indicatur Christus.

**F**IGURAE. I. Naboth piissimus nolens relinquere alijs vineam paternam, falsis testibus obrutus, condemnatur. 3. Reg. 21. 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.  
 2. Pia Susanna nolens mœchari cum improbis iudicibus innocēter condemnatur. Dan. 13. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.  
 3. Jeremias propheta cū à principibus sacerdotum reus mortis iudicatur, à populo innocens habetur. Jerem. 26. 11. Et locuti sunt sacerdotes & prophetae ad principes, & ad omnem populum, dicentes. Iudicium mortis est viro huic: quia propheta ait aduersus civitatem istam, sicut audistis auribus vestris. Vers. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & prophetas. Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locusus est ad nos. Surrexerunt ergo viri de senioribus terre. & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes, Michaa de Morasthi fuit propheta in diebus E-

X 3

Lechte